

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Detractio z  
cum fonte primo

Dentes dicti sunt a demendo;  
ideo pulcre lingue detrahencium dentes uocantur  
quia sicut illi ciborum partes demunt,  
ita et isti opiniones hominum corrodunt.

Cassiodorus super Psalmum III.

Dentes enim dicti sunt a demendo.  
Et ideo pulchre nimis linguae detrahentium dentes uocantur,  
quia sicut illi ciborum partes demunt,  
ita et istae opiniones hominum adhibita detractione corrodunt.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 3.8  
(CCSL 97, M.Adriaen ed., p.54, ll.144-147).